regionibus mutationem, cumque eo minus calli-
dam, quam perniciosam, quod ad publicum cul-
tum divinum attinet. Nam privatim Christi
oves solum pastoris sui vocem audiunt, ab
hoc ne latum, quod dr. digitum, imo ne latum
pilum dissident, sed imitatores sui pastoris sunt.

Non dubium est revelationem Antichristi transijsse
his proximis annis. Proinde de posterioribus tempo-
ribus has certissimas prognosticationes spiritus,
a praecipuis huius revelationis instrumentis, Reve-
rendo scilicet patre D. Martino Luthero, et D. Fri-
derico Myconio acceptas, hisce literis imponere
operae pretium existimavi. Perniciosa enim foret
Reip: Christianae harum maximarum rerum
oblivio. Obsecro ut hoc meum consilium et
factum, V. boni consulat, cui me commendo
quam felicissime valeat. Datum Northusiae. 23.
Maij Anno Dni 1548.

V. P.

deditiss:

Matthias Ratzenberger
Medicus.

D. Doctori Crucigero et M. Georgio
Rorario.

S. P. Reverende D. Doctor Crucigere et D. Magister
Georgi Rorari, quum his diebus amicorum meorum
literas revolverem, reperi et hanc D. Friderici
Myconij epistolam, cuius copiam his praesentibus
mitto. Monuerunt autem me ad hoc institutum
verba, quae ad calcem adscripta sunt. Et confirmant
Clementissimum Principem, et patres omnes in Do-
mino. Sed enim de hoc satis in praefixa copia sit,
transeundum est ad aliud. Et optarim mihi dari
dulcius argumentum ad scribendum, Sed cum hoc mihi
iniungatur, nolo repugnare voluntati Domini.
Oro autem ut Vestrae Reverentiae hanc meam
intempestivam et duram interpellationem aequo
animo accipiant. Non enim potui huic mali,
dato bona conscientia ne parcere. Fio certior
per multorum literas, quosdam ex vobis, qui
volunt esse et haberi columnae Ecclesiae, quos
non pudet eam culpam huius tragoediae et
calamitatum horum temporum in Virum Dei
atque adeo in Deum ipsum vere reijcere, et
Zelum illius ΦΙΛΟΝΕΙΚΙΑΝ appellare. Et
hac ratione sapientibus et potentibus huius mundi
adulari: quod factum ego blasphemiam notoriam
existimo. Quis enim nescit hunc

Virum à deo ad revelandum Antichristum
missum? Quis ignorat celeberrima ipsius
et magna facta, imo miracula? Quis nescit
ex quam densis tenebris simus per eum, dei
singulari gratia translati in lucem? Sed qui ignorant
ignorabuntur. Miror tamen quod hi qui haec fa
runt illorum carminum, quorum sunt authores
tam facile obliviscuntur:

Est patefacta iterum Christi monstrante Luthero
Gratia, quae tenebris ante sepulta fuit.
Forsitan hic vere est postremus alter Elias
Tanto animo bellum pro pietate gerit.

Perpendere potius debebant quae de Elia scribuntur
Ecclesiastici: 48. Et surrexit Elias propheta,
quasi ignis, et verbum eius, quasi fax ardebat.
Qui induxit in illos famem, et imitantes illum
invidia sua pauci facti sunt. Non enim poterant
sustinere praecepta Domini. Verbo Domini
continuit caelum, et deiecit à se ignem ter.
Et paulo post. Qui deiecisti reges ad perniciem
et confregisti facile potentiam ipsorum, et glorio
sos de lecto suo. Deinde et quae de Heliseo scri
buntur. In diebus suis non pertimuit princip

et potentia nemo vicit illum: nec superavit
illum verbum aliquod. In omnibus non
poenituit populus, et non recesserunt à peccatis
suis, usque dum eiecti sunt de terra sua et
dispersi sunt in omnem terram.
Hic confer quaeso et nostri Eliae historiam, et
vide an cum his conveniant. Mihi enim
videtur non multum discrepare. Sed ut hic
etiam de peccatis populi quid addam, unam atque
alteram historiolam recensebo. Ex nuptiis
celebratis ante quinquennium apud vos,
nuptiarum amicorum quidam, inter alia haec
ad me scripsit verba: Ipsi vero negotijs suo
rum immersi huius viri calamitates non con
siderant, atque adeo perpetuum ipsius gratia
adscribunt: nisi fortis post interitum eius
intelligere coeperint, quanta bona Deus ex
mera misericordia nobis largitus sit.
Verum enim prorsus inutile fuerit impendere
quod oportuit ante. Ex nuptijs nec solum
quendam unicum aut guttulam ei miserunt,
quamquam sponsus ipse à me ea de causa
diligenter et obnixe erat rogatus, et monito
rem ei quoque detexerim, sed frustra omnia.

Ibi tum poenituit visitatori, O pessime ing-
habuit, Doctorem dono eo misisse [illegible].
O ingratitudinem, O [illegible], O perfidiam
iniquitatem et impietatem hominum.
In vestitu tantus luxus et fastus erat in his
nuptijs ut nihil supra, cum Lutherus fastum
et fluxum istum summe execrabatur, Dei
et prophetarum tunc ibi nulla cura, De Deo
et divinis rebus altissimum silentium, sermo-
nis potationibus adiungebant scurrilia et
turpia verba, sicque finitae sunt nuptiae.
Ille hactenus.
Haec autem sunt in viris nuptijs 140 de alijs videndum facile cuivis apparet. Zu dem wei-
ß ich auch noch wol was mir der man klaget
da er durch solch leben von Wittenbergk
vertrieben wardt, Mersburgi in gratitudine
a[illegible]. Fragen nun wo die straff
her kom. Es ist auch noch unvergessen
was man ihm zu Mersburgk hat zuge-
sagt nomine Ecclesiae et Reipub: Et
Respicite nunc culpam in visum dei, et con-
summate [illegible] et multiplicate peccata
et iniquitates vestras ut Amorraei. Ego
sum in ea sententia, per confessiones et adulteri[a]

non placari iram dei, sed augeri potius, accendi
et inflammari. Per poenitentiam vero pla-
catur ira Dei. Proinde obsecro vos per misericordiam
dei audite sermones Domini, et agite poeni-
tentiam, plus satis peccatum est hactenus: am-
plius relictum et sublatum, non sine poena.
Hac autem peccata post lucem sc. blasphemia
illa et obstinatio nominis prophetae dei et
desolatio sequitur. Quin reminiscamini
et attendite diligenter verba Christi Matth.
11. quae de civitatibus contemptoribus Evan-
gelij dicuntur, de Corozaim, Bethsaida,
Tyro et Sydoni asserens remissius futurum
quam illis. Et de Capernao quod terrae Sod-
domorum remissius erit quam illi in die
iudicij. Postremo et quae de desolatione
Hyerosolimae predixit Lucae. 19. Quia
venient dies super te et, eo quod non cognoveris
tempus visitationis tuae. In quibus clare
ostenduntur causae motuum et horum, bel-
lorum, seditionum, calamitatum denique
[illegible] nempe esse verbum, au-
thorem verbi, et prophetam, sed contemptum
verbi et neglectum. Sicut Christus hic aperte

dicit, eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae. Et perpendite ergo Viri Clarissimi ac eruditissimi, quantum peccatum sit contra haec divina oracula ordinem invertere, quod de hoc animus meus abhorret cogitare et dicere.

Proinde Reverendi Domini obtestor Vos, ut pro vestra prudentia omnem moveatis lapidem, et omni cautela ut isti ab incepto hoc pessimo desistant, proponentes istis exemplum Petri, et quia ad haec Vitia sunt et commoda.

Ego vero interim orabo cum Ecclesia, ut Vestrum hoc opus sit efficax ad persuadendum ut resipiscant, ut brevi de eis audiamus hoc verbum quod de Petro scribit Evangelista: Et egressus flevit amare. Dominus noster Jesus Christus respiciat illos his oculis quibus respexit Petrum. Amen. Sin autem pertinaces extiterint vobis, quod absit, et persistent in hoc proposito suo, mores istos horribiliter defendendo, ab istis fugiendo ut scitis. Si enim Deus [illegible] quae ante [illegible] et sub lege sunt perpetrata et impunita esse voluit, quanto magis haec quae post lucem committuntur, extrema desolatione puniturus est, quae haud

dubie impendet his regionibus, et civitatibus ubi non paenituerunt, sed in praefatis delictis persisterint. Dominus auferat malum a vobis. Amen. Haec ad vos scribo Viri optimi et patres reverendi ut sitis admoniti et simul testes coram Deo et hominibus. Insuper enim Canonicum [illegible] admonendi. Datu Wrethi: 9. Augusti. 1548

Rev. V. deditus
Mathias Ratzenberger
M. K. D.

Ad haec ergo nos in gravi hac causa fugiamus Sathanam et sequamur, quae [illegible] ad D. Philippum scripsi eum admonens modeste, antequam illa essent mihi reperta, sed iste in suis literis [illegible] scripsit.

Dem Erwirdigen Herren Niclasen von Amßdorff Bischouen zu Naumburg unserm lieben andechtigen

Von Gottes gnaden Johans Friedrich Hertzog zu Sachssen der Elter Landgraff in Düringen Marggraf zu Meissen.

Unsern günstigen gruß zuvor Erwirdiger lieber Andechtiger, Wir haben ewer an uns gethans schreiben beneben dem uberschickten trostspruch aus dem propheten Esaia ~~[illegible]~~ gezogen, empfangen, und gelesen, Vormerck[en] ewern gnedigen guten willen von euch